Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1961
Quelle:
Copyright:

Witteb. a. 1525. *Johannis* Ducis *Sax.* a. 1532. *Justinae* novae Nuptae a Marito interfectae.

8.) Redeunt Epistolae: *Consilium de Judæa Baptisanda D. M. Lutheri ad Henricum Genesium Ichterbusianum Ministrum.* Datum *Ex Eremo* (Coburgo) 9. *Jul.* 1530. Init: *Tecum sentio, mi Henrice* &c.

9.) Plures *Philippi Melanchthonis.* Prima versu ad *Franciscum* (Burchardum) *Vinariensem*, quem a vita aulica dehortatur. Init:

Cur te delectant Aulæ Francisce venena &c.

10.) *D. Marco Crodelio Torgam.* Commendat *Martinum* Scholae *Mansfeld.* Moderatorem. Init: *Olim Hercules adijt Hispaniam* &c.

11.) *Amico* cuidam. Dissuadet esum Fructuum crudorum. Init: *Notum est prouerbium: Amicorum omnia sunt communia* &c.

12.) *Johanni Reineck* Civi *Mansfeldensi*, olim in Scholis *Lutheri* sodali Consolatoria de Morte uxoris, data 4. *post Pascha.* 1536. Init: *Cum vos propter eximiam virtutem* &c. De eo subnotatum: *Obiit Joannes Reineck vir integer optimeque cum de re litteraria, tum tota suorum Repub. meritus Northusiæ in ædib. filiæ suæ 15 die Julij 1538.*

13.) *Philippo Gluenspies* Civi *Mansfeldensi*, Consolatoria de Morte Socrus, data 1536. Init: *Vtinam aliquam possem afferre leuationem* &c.

14.) *Eidem* Consolatoria de Morte Soceri cum hujus laudibus, data 20. *Jul.* 1538. Init: *Tanta fuit virtus, tanta prudentia* &c.

15.) *Leonhardo Stöckel* in *Bartpha Hungariae*, Invitatoria ad accipiendum Ecclesiastis munus in oppido *Mansfeld*, data 10. *Aug.* 1544. Init: *Meministi in Ecclesia oppidi Mansfeldt* &c.

16.) *Kiliano Goldtstein* Doct. Jur. Nova de Conventu expetit, et Principum vitiis ingemiscit. *Quantum inconstantiæ et simulationis in multis est! Bonitas vero et eruditio ridetur.* &c. Init: *Gratiam tibi habeo, quod amantissimis* &c.

17.) *Eidem*, de Concordia inter Evangelii Ministros, et Magistratus politicos, cum is *Justo Jonae* ad praedicandum evocato officia sua detulisset. Epistola erudita, data 20. *Nov.* 1544. Init: *Et tibi et Ecclesiae Dei gratulor* &c.

18.) *Martino Sydemanno* Scholae *Mansfeld.* Moderatori. Laudat institutionem puerilem, exquirit judicium de nova editione *Locorum* suorum &c. Data 16. *Oct.* 1544. Init: *Hanc ad te epistolam scripsi* &c.